

# TIBERIUS ET GALLISĒNA ULTIMA

Revised Edition

LANCE PIANTAGGINI

Illustrated by  
Lauren Aczon



# STORYBASE

• BOOKS •

Published by Storybase Books

Peachtree Corners, GA

[www.storybasebooks.com](http://www.storybasebooks.com)

© Lance Piantaggini 2025

All rights reserved. No part of this book may be reproduced or transmitted in any form or by any means, electronic or mechanical, including photocopying, recording, or by information storage or retrieval systems, without the written permission of Storybase Books, except where permitted by law.

## Publisher's Cataloging-in-Publication Data

NAMES: Piantaggini, Lance, author. | Aczon, Laura, illustrator.

TITLE: Tiberius et Gallisena Ultima : a Latin novella /  
by Lance Piantaggini ; illustrated by Lauren Aczon.

DESCRIPTION: Revised edition. | Peachtree Corners, GA : Storybase Books,  
[2025] | Series: Pisoverse ; 29. | Includes index of all Latin word forms. | Audience:  
Latin language learners (classroom and independent).

IDENTIFIERS: ISBN: 978-1-963471-69-4 (paperback) |  
978-1-963471-70-0 (ebook) | LCCN: 2025932159

SUBJECTS: LCSH: Latin language—Readers—Fiction. |  
Latin language—Readers—History.

Latin language—Study and teaching. |

Rome—History—Fiction. |

BISAC: FOREIGN LANGUAGE STUDY / Latin. |

FOREIGN LANGUAGE STUDY / Ancient Languages. |

LANGUAGE ARTS & DISCIPLINES / Readers.

CLASSIFICATION: LCC: PA2095 .P39 2025 | DDC: 478.6/421—DC23

LC record available at: <https://lcn.loc.gov/2025932159>

# Index Capitulōrum (et Cētera)

<i>Praefātiō</i>	vii
I. fugiēns	7
II. figūra obscūra	12
III. meā linguā	16
IV. magica druiadum	22
V. Īnsula Sēna	26
VI. Matrona	33
VII. proelium in castrō	36
VIII. sagittae?!	40
IX. suntne poētae Rōmānī magicī?	44
X. Rhēnus	48
XI. Mōns Iūra	52
XII. Lacus Lemannus	56
<i>Index Verbōrum</i>	59
<i>The Pisoverse Series</i>	99
<i>About Storybase Books</i>	103

I

## fugiēns



nox est. Tiberius fugit.

Tiberius rapidē fugit sub lūnā plēnā.<sup>1</sup> lūna plēna est, sed Tiberius exercitum Rōmānum nōn videt. nōn bene videt, oculīs arboribus obscūrīs.<sup>2</sup>

---

<sup>1</sup> **sub lūnā plēnā** *under a full moon*

<sup>2</sup> **oculīs arboribus obscūrīs** *with eyes obscured by trees*

Tiberius neque mīlitēs, neque exercitum videt. fugiēns, Tiberius sōlus est. fugit sine mīlitibus cēterīs. fugit sine exercitū. dēspēranter fugit.



Tiberius:  
*Ubi sit exercitus?!*  
*Ubi sint mīlitēs cēterī?!*  
*sōlus sum!*

Tiberius per silvam rapidē fugit sub tegmine arborum.<sup>3</sup> per arborēs sōl nōn lūcet. quam altae<sup>4</sup> sunt arborēs! quam dēnsae arborēs sunt! nihil, enim, Tiberius in silvā videt. fugiēns per silvam obscūram, Tiberius fatīgat.<sup>5</sup>

Tiberius: *haec nox . . . nimis longa est! quam longa est nox! quam celerrimē<sup>6</sup> currō!*

currēns, Tiberius valdē fatīgat. per hōrās<sup>7</sup> currit.

---

<sup>3</sup> **sub tegmine arborum** *under the cover of trees*

<sup>4</sup> **quam altae** *how tall!*

<sup>5</sup> **fatīgat** *becomes tired*


<sup>6</sup> **quam celerrimē** *as fast as possible*

<sup>7</sup> **per hōrās** *for hours*

Tiberiō per hōrās currentī,<sup>8</sup> nox nōn longa, sed perpetua esse vidētur!

Tiberius: *estne nox haec perpetua?! currō per hōrās! Quālis silva est? sitne silva magica?!*

Tiberiō fugientī fatīgantīque,<sup>9</sup> nox perpetua vidētur esse, sed perpetua nōn est! nox neque perpetua, neque longissima est. nōmen noctī longissimae est “brūma.”<sup>10</sup>



nox haec, autem, brūma nōn est. hiems, autem, appropinquat.<sup>11</sup> ergō, ferē<sup>12</sup> brūma est. hiems rapidē appropinquat. āēr frīgīdus est. Tiberius est frīgīdus.

<sup>8</sup> **Tiberiō currentī** *since Tiberius has been running*

<sup>9</sup> **fugientī fatīgantīque** *fleeing and becoming tired*

<sup>10</sup> **brūma** *the winter solstice (i.e., the longest night of the year)*

<sup>11</sup> **appropinquat** *approaches*

<sup>12</sup> **ferē** *almost*

fugiēns, Tiberius valdē fatīgat, sed mīles fortis est. Tiberius, enim, pergīt.<sup>13</sup> nam, mīlitēs fortēs pergunt.

Tiberius, quī ā mīlitibus cēterīs sēparātus est, per silvam fugit. quam obscūrissima silva est! nam, oculī Tiberiī tegmine arborum dēnsārum obscūrī sunt. haud potest<sup>14</sup> lūnam plēnam vidēre. mīles silvam haud videt.

subitō, Tiberius aliquid audit, deinde gladium celeriter stringit.<sup>15</sup>

Tiberius: *Quis sit?! sitne Germānus quī mē interficere vult?*

Tiberius iterum fugere incipit. per silvam obscūram celeriter fugiēns, Tiberius nōn bene videt.

ēheu! Tiberius flūmen vidēre nōn potest!

subitō, in flūmen Tiberius cadit!

---

<sup>13</sup> **pergīt** presses on (i.e., continues)

<sup>14</sup> **haud potest** is hardly able

<sup>15</sup> **stringit** draws (from a sheath)

Tiberius in aquam frīgidam cadit. nōn surgit. in aquā,  
mīles sōlus neque audītur, neque bene vidētur. nōn  
mōvet.

tantum arborēs in silvā tranquillē mōvent.





## **About Storybase Books**

Storybase Books publishes books that help beginners learn Latin and Greek by reading.

Our novellas use limited vocabulary to tell engaging stories that are accessible to novice- and intermediate-level readers. Meanings for many words are provided in footnotes and a full index of all words, word forms, and phrases is included in each novella. Readers can thus read each novella on their own, with others, or with a class.

For all of our novellas, tiered readers, and other books, please visit:

**[www.storybasebooks.com](http://www.storybasebooks.com)**



# NOVELLAS FOR LATIN I





## LATIN II



## LATIN III AND IV



AND...

## GREEK NOVELLAS!

COMING IN 2025